cta reſiſtit diuiſioni vapores exiere non ꝑmittens. vapor ergo incluſis calore tandem incenſus fortiter terram agitat. ⁊ ex terrę reſiſtentia tremor q̄dam cãtur. qui tremor qñq; maior eſt. quandoq; minor eſt. ſecunduʒ quod vapores incluſi aſcendentes et exire volentes ſunt plures aut pauciores.. Et ſcḋm etiam quod terra in ſua ſuꝑficie eſt magis vel minus conſtricta.

Tunc ibi (Cur ꝯcrepat aera) ¶ Secunda q̄ſtio eſt q̄ ſit cauſa tonitrui. ¶ Notãdũ quod tonitruum eſt impreſſio generata in nube aquea propt̃ vaporis calidi ⁊ ſicci agitatõem huc ⁊ illuc fugientis contrarium ab omni parte coartati. ⁊ ex hoc inflammati. ſe tandem in nube extinguens ⁊ ipſam rumpens. Vel generatur tonitruus ex collectione nubiuʒ. quando a vẽtis contrarijs nubes agitatę ad inuicẽ colliduntur. ex mutua colliſiõe ad inuicem fit ꝯcuſſio in aere ⁊ ſtrepitus qui ab antiquis tonitrus nominat᷑.

Tonitruus

Cur cõcrepat aera fulgur? Cur maris exundet rabies? Guſtuſq; malignus?

Dicitur autem tonitrus vel tonitruũ a terrore. eo ꝙ ſonus terreat audientes. Vñ interdũ tam grauiter ꝑcutit. vt oĩa diſcerpſiſſe videatur Nec mirari ſuꝑ hoc q̄s debet. cũ veſica q̄uis ſit ꝑua tam magnum ſonũ efficit ſi vento ſit repleta ⁊ violent̃ fracta Cũ tonitruo frequenter ſimul fulgur emittitur. ſʒ fulgur celerius videtur q̄ʒ tonitruũ audit᷑. Ratio q̄ꝛ ſenſus viſus ſubtilior eſt q̄ʒ auditus. Vñ prius homo videt ictum fulmis arborẽ incidẽtis. q̄ʒ ipſum ſonũ audiat. Vñ p̄hus d̄t tonitruus eſt ſtrepitus ventoꝝ in ſinu nubiũ receptus. q̄ ꝟtute mobilitatis ſuę quaſlibet ꝑtes nubis interrũpit. ⁊ fragoreʒ tonitrui introducit. Vñ ſcḋʒ Ariſtotelẽ in libro metheoroꝝ. Tonitruũ aliud nihil eſt q̄ʒ extinctus ignis in nube. Vapor eñ ſiccus eleuatus. ⁊ calore aeris inflammatus. quãdo a nube aquoſa intercipitur ſubito extinguitur. Ex qua extinctõne ſtrepitus tonitrui generat᷑.. Sicut qñ in aqua extinguit᷑ ferrum ignitum fit ſonitus ⁊ ſtridor. Tunc ibi (Cur maris ⁊c̄.)

Tercia q̄ſtio eſt. cur rabies maris exũdat? Ubi ſciendũ ꝙ luna aquarum maris eſt attractiua. ſicut adamas attrahit ferrum. Sic luna mouet ⁊ attrahit poſt ſe oceanũ. Vñ in ortu lunę intumeſcit mare et creſcit ex ꝑte orientali. ſed deſcreſcit ex ꝑte occidentali. Et iõ qñ luna eſt in occaſu tunc mare ex ꝑte occidentis creſcit. ſed decreſcit ex ꝑte orientis. Scḋm igit᷑ ꝙ luna plus vel minus proficit in ſuo lumine. ſic plus vel minus in ſuo flumine mare ſe extendit. vel ip̄m mare retrahit.. vt Macrobius refert in libro Ciceronis. Oceanus eñ in decremento lunę retinet iſtum modũ. Nã primo die creſcentis lunę fit copioſior ſolito. ⁊ abundat in ſummo; ſed ſecũdo die minuit᷑. ⁊ ſic deſcendit vſq; ad ſeptimũ diẽ. Deinde iterũ creſcit ꝑ ſepteʒ dies. ita ꝙ in quartodecimo die eſt iterũ plenus in ſummo. Vñ in nouilunio ſꝑ mare eſt pleniſſimũ. ⁊ etiã in pleniſſimo Tũc ibi. Guſtuſq;.

De Luna

Quarta queſtio eſt. Cur guſtus malignus. hoc eſt q̄ eſt cã ſalſedinis maris? Ad hoc dicendum. ꝙ duplex huius eſt cauſa. Una q̄ꝛ tranſit per loca calida. Calidi ãt ſunt duę operatões. quantum ad ꝓpoſitum ſufficit. ſcʒ adurere ⁊ atterere.. Calidum igitur humores adurit. ex qua aduſtione

ia ipſis amaritudo relinquit᷑.hoc mō mare ꝑ diuerſa loca tranſiens ama/ritudinem recipe p̄t Preterea cū mare ſit valde latum et diffuſum virtute caloris ſolis dulcioꝛ et ſubtilioꝛ ꝑs aquaꝝ marinaꝝ ab ip̄is attrahi p̄ōt. Et ſic groſſiores relinquunt᷑.q̄ cuȝ faciliter euaporari non poſſunt calore ſolis adurunt᷑ quā aduſtionē amaritudo ſequitur Tūc ibi (Que natura)

Que natura pennatorum eſtiualiuȝ in hyeme deficientium et cōuerſim? Quid grandinis rotunditas Quid niuis prolixitas. Nebule potētia? An

Quinta q̄ſtio q̄ſiuit de natura auiū. Cur ſcȝ q̄dā aues tp̄e hyemali a nobis alienātur. tp̄e ꝟo eſtiuo redeūt Ad qđ dici p̄ōt.ꝙ hoc contingit ꝓpt᷑ diuerſitatē tp̄m. q꞉ nō oē tp̄s ad caꝝ ꝯſeruationē eſt habile.⁊ ideo recedendo ⁊ redeundo motu illo ſe nitunt᷑ conſeruare. Sunt eīm q̄dam pennata tam modici caloris naturalis.ꝙ propter frigus brumale in locis frigidis ſuſtentare nō p̄nt. Et ideo hyeme adueniēte q̄dā eaꝝ ad calidas regiones mūdi trāſuolant.vt videmus in ciconijs Quedaȝ loca paludinoſa q̄runt ſeu petūt.vt hyrūdines. Quedam etiam plumis caſdentibꝰ in aliq̄ cauernula terre vel arboris in ip̄is plumis iacent vſq3 ad tēpus vernale. Et tunc calore veris redeunte fortifica᷑ eoꝝ caloꝛ naturalis. q̄ procreat in corꝑe eoꝝ plumas iterato.et ſic reuiuiſcūt ad nos reuertētes vt cuculus. Tūc ibi (Quid grādinis Sexta q̄ſtio q̄ſiuit.quid eſt grādinis rotunditas? Ubi notandū ꝙ vt dicit Ariſtoteles Grando eſt imp̄ſſio gn̄ata ex vapoꝛe hūido et frigido a frigoꝛe fugato. et ab interioꝛibꝰ nubis ꝓpter dominium calidi circūſtantis.. Genera᷑ autem in nubibus a terra longinquis Et ideo cauſa generationis eius eſt vapoꝛ frigidus et humidꝰ in cōcauitate nubis receptus.qui ex frigiditate aeris condenſatur Nā ꝑtes humide et frigide fugientes calorē aeris ſe recipiunt in interioꝛibus nubis et ibi inuenientes vapores partes eius aggregant.et in ſubſtantiam grandinis congelant. Unde vehemens caloꝛ eſtiualis grandinis generationem impedit.quia diſſoluendo vaporem eius partes aggregatas pariter nō admittit. Similiter nimiū frigus in hyeme.quia tunc nō eſt caliditas in aere.quā fugiens ſe recipit intra nubē. Grādo autem parua ⁊ rotunda deſcendit ex ſup̄mis locis.vt dicit Ariſtoteles Cauſatur autem paruitas ⁊ rotunditas ex moꝛa eius in aere ex longo tēpoꝛe. Un̄ ex ꝯuolutōe diuturna rotūdatur. ⁊ caloꝛe aeris partes eius aquee reſoluūtur ⁊ minorant᷑. Sed in grādine in locis vicinis terre generata accidit ꝯtrarium ex cauſa ꝯtraria Tūc ibi (Quid niuis) Septima q̄ſtio ꝓpter quid eſt niuis ꝓlixitas Ubi notādū ꝙ nix eſt imp̄ſſio ex vapoꝛe frigido ⁊ humido gn̄ata.⁊ in infima medij interſticij aeris cōgelata a mediocri frigido reſpectu pruine ꝓpt᷑ admixtionem caliditatis.que quidem caliditas incluſa in eius ſubſtantia ⁊ non ſtatim deuicta a frigoꝛe circūſtante.rarefacit eius ſubſtātiam ⁊ q̄lificat.recipiens albedinem in caloꝛe ꝓpter victoriā frigoꝛis in fine.atq3 ꝓpt᷑ expanſionē et diſꝑſionem partium nubis.ſeu propt᷑ frigus debilitatū a caloꝛe frangitur in partes tantas ad modum lane carpte. Nix enim genera᷑ in nube minus frigida q̄3 eſt illa in qua grando ꝯgelatur.quod vt teſtatur

de diſciplina ſcholariū

mollicies. niuiſq; caliditas admixta nubibus prohibet partes eius cõpri/mi inuicẽ ⁊ vehementius aggregari. Nix ergo aq̃ eſt durior ⁊ ſiccior ex fri/gore circũſtante. grãdine tñ mollior ex mixtione caloris in nube. Dealbat aũt ex frigiditate in eiꝰ ſupficie dominãte. ⁊ modico calore nix in aquaꝫ reſoluta. ⁊ tam a duricie q̃ʒ albedine de facili imutatur. Tunc ibi (Nebule potentia) Octaua q̃ſtio eſt. ꝓpter quid nebule potentia eſt. Ubi notãdū ꝙ nebula ẽ impreſſio fcã ex reſolutione nubiuꝫ in aquã pluuialẽ reſolutoriã. vt dt Ariſtoteles Uapores em̃ ſic reſoluti ꝑ ſingulas ꝑticulas aeris diffuſi nebulaꝫ gignunt ⁊ inducũt. Que quãto eſt terre vicinior tãto eſt obſcurior ſpiſſior et frigidior. Altra vero magis eleuata magis eſt pura minus frigida ⁊ obſcura Qñ aũt nebula a ſole trahit ſurſuꝫ totalit̃ mouet ⁊ in materiã redit nubis. et ideo future pluuie eſt ſignificatiua. qñ ꝟo totaliter a radijs ſolis repcuſſa deorſuꝫ cadit ⁊ in ſuã redit originẽ deficit ⁊ euaneſcit. Uñ purgato aere futurã pſtitit ſerenitatem. aliqñ corrũpit in vapores ex quibꝫ generat. et tũc eſt multum nociua floꝝ. Etiã eſt germinãtiū vineaꝝ corruptiua. ⁊ diuerſaꝝ infirmitatū aĩalibꝫ inductiua. latronibꝫ ⁊ ꝑuerſis eſt ꝯueniẽs q2 inſidiaꝝ ipſoꝝ ẽ occultiua itinerantiuꝫ ⁊ peregrinãtiū impeditiua. q2 magna nebula ⁊ obſcura q̃ eſt incognita incerta radioꝝ ſolis ⁊ aliaꝝ ſtellaꝝ ẽ interceptiua. et ideo nauigãtibus eſt ꝑiculoſa ⁊ grauis. vt dt Beda. q2 dum nebule obſcuritas maris ſupficiẽ occupat. vt debeat nauis recte ꝟti ignorat gubernator Tũc ibi (An ꝟtus lapidum Nona q̃ſtio eſt. an ꝟtꝰ lapidum procedat ex cõplexione forme cū materia. Uel ex forma vel ex materia tm̃ Notãdū ꝙ lapis eſt ens mixtum ex quatuor elementis. In quo eſt tria ꝯſiderare. ſ. materiã lapidis. et hec eſt groſſa viſcoſitas ſeu hũidum terreſtre ita ꝙ materia lapidis ꝑticipat iſta duo elemẽta. ſ. aquã ⁊ terram. Huius ſignū eſt cū ꝓpriū ſit terre ſubſtare aque. omne genus lapidis proiectum ad ſupficiẽ aq̃ tendit ad fundum. Ex quo apparet cū lignum ad ſuꝑficiem aque poſitū nõ cadit ad fundū. ſed remanet in ſupficie. quod nõ ꝑticipat ꝑciſe illud elementū quod ſubſtat aque. ſed illud quod ſupeſt aque videlicet aerem Querit aũt q̃ſtio. An diuerſe virtutes lapidū cõſequant ipos rõne materie) vt dictum eſt) an rõne forme. an rõne compõis forme cum materia? Dõm cuꝫ Auicenna ꝙ virtus ẽ ſequela forme. ex ꝑte enim materie progredi nõ põt quia cum omnes lapides eandem habent naturam: ſequeretur quod omnes eandem haberent virtutem. Uerbi gratia. quod omnes fugarent venena cõcordarent diſcordes attraherent ferrū. et ſic de alijs ꝟtutibus lapiduꝫ De q̃bus Albertus magnus in ſuis tractat mineralibus. Forma igitur

virtus lapidum ex cõplexione an ex natura? An adamantina attractio ex

cõponẽtibus ſimul: an ex vnius tm̃ in curſu? Quid pluuie dulcedo Putei

Nebula

Lapis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

que eſt natura principalis. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ꝓncipium motus et quietis ē quaꝫ
ꝟtus lapidum ꝯſequit᷑ Unde forma ſubſtantialis lapidum eſt natura mo
uēs eos ⁊ inclinans ad ꝓprias ꝟtutes et oꝑationes exercendas. Unͦ ſicut
forma hoīs mouet ipſum ad ꝟtutē oꝑatiuā eoꝝ. q̄ nō oꝑat᷑ azinus. Sic for
ma operat᷑ criſtallum vel margaritā. Hec aūt q̄ſtio in generali ꝓpoſita p̄t
ſpecificari hoc modo. An ꝟtus adamātina procedit ex ꝑte materie tm̄. vel
ex forme tm̄. vel ex ꝑte ꝯpoſitōis forme cū materia. Patet reſponſio. quia
attractio ſequit᷑ ꝟtutem adamantis. ꝟtus autem conſequitur formā ⁊ non
materiam Tunc ibi) Quid pluuie dulcedo)

Decia queſtio ꝓponebat. q̄ cauſa dulcedinis pluuie eſt? Pro q̊ notā-
dum ꝙ calidū adueniens hūido duo facit. Uel ipm̄ adurit. vt caliditas ſo-
lis ꝑ ꝯtinuam actiōem in aquas maris ipſas adurit. et ex hoc cātur amari
tudo. Uel nō adurit. ſed digerit ⁊ decoquit attrahens ⁊ alleuiās humidita
tes inferiores ad aerem ipſas calefacit. Ex qua digeſtione dulcedo relinqui
tur. Et hoc modo aq̄ pluuiales efficiuntur dulces. Hinc eſt ꝙ modica ꝑs
pluuialis aque humectans ſegetes plus recreat ſuſcitat ⁊ fructificat. q̄ꝫ ſi
mltū aq̄ fontal' aut fluuial' ſuꝑ ipas ſꝑgeret᷑ aut funderet᷑ Tūc ibi. Putei
hyemalis. Undecima q̄ſtio ꝓponebat. ꝓpter quid fontes in hyeme ſunt
calidi. in eſtate vero frigidi. Uidemus eīn fontes in hyeme fumare. Tais
autem fumatio atteſtat᷑ fontium calorem. Huius ratio eſt. q2 frigus ve-
hemens ⁊ excellens tangens terre ſuꝑficiē inuenit in ipa caliditatē in eſta-
te ꝑ poros terre receptam. Agendo aūt in ipam caliditatem. depellit eam
ad interiora et ad terre viſcera. in q̄bus ē reſeruata ipa aqua ex qua fontes
⁊ fluuij generant᷑. Hec autem caliditas reſiſtit actioni ſui cōtrarij. ſcꝫ fri-
giditati. Ex qua reſiſtentia fortificatur. Nā ꝯtrarium agens in ſuum con
trarium ſi inueniat reſiſtentiam in ipo ſua virtus minorat᷑. Et virtus al-
terius contrarij fortificatur. Hoc mō caliditas relinquit᷑ in aq̄s fontium
tempore hyemali Huius ſimile eſt quia in hyeme dum manus vehemen-
ter eſt infrigidata. ſi a ꝓponatur igni vehemens calor agit in vehemens fri-
gus quod eſt in manibus.. Frigus autem calido reſiſtit.. Et per hoc quod
magis reſiſtit magis fortificatur. Hoc modo contingit manum pati ma-
iorem punctionem. ſed tamen per continuam ignis applicatōnem tandem
frigus expellitur. Sic frigus in hyeme circūſtans toti terre calidum ſuſce-
ptum in terra depellit ad eius inferiora. Et ſic calidum reſiſtens fortificat᷑
Preterea huius alia ra-
tio eſſe poteſt. quia tem
pore brumali pori terre
cōſtringunt᷑. ita ꝙ calor
terre tantummodo per
fontes valet euaporare.

hyemis caliditas eſtiualis frigiditas?
Uiſus triplex emiſſio? Coloꝝ ꝯcretio

Eſtiuo autem tꝑe pori terre ſolis calore aperiuntur. quibus apartis cali-
ditas terre incluſa valet exalare Et quia terra naturaliter eſt frigida ab-
ſente calido frigefacit venas ⁊ fontium meatus. Hinc etiam trahit᷑ cauſa
cur homies in hyeme celerioris ſunt digeſtionis q̄ꝫ in eſtate. Tūc ibi
Uiſus triplex emiſſio. ⁊c̄. Duodecima queſtio q̄rebat. Cur ſit triplex
viſus emiſſio? quod eſt intelligendū.. Cur quedam animalia acute que-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

dam acutius. ꝛ q̄dam debiliter vident. Sed potiꝰ ē intelligendū de diuer/
ſis diſpōib⁊. lineę ducentis viſum ſup rem viſibilē Nā oīs viſio fit ſm̄ tri/
plicem lineā ad modū trianguli vel pyramidis ꝯſtitutā. q̄ꝝ duę procedunt
ab oculo. ꝛ extendunt ſup duas extremitates viſibiles Et tercia ē p mo/
dum baſis imaginandę protenſę ab vna extremitate viſibilis ad aliā eiuſ/
dem. Conus em̄ illius figurę imaginari debet in oculo. baſis āt in re viſa
Et ſi ꝯtra radios viſuales cōtigeret cōcurrere āteq̄ꝫ ad oculū poſſent ptin/
gere ꝓpter nimiā viſibilis a viſu diſtantiam ꝯtingeret viſibile nō videri Et
ad pfectam viſiōez tria exigunt. ſ. organū. Verbi grā. pupillus oculi vt ſit
determinate diſpoſitus. ꝛ ꝙ mediū ſit illuminatū. et etiā ꝙ obiectum ī de/
terminata diſtātia ſit ſituatū Alias em̄ viſum circa viſibile indicādo con
tingeret errare. Nā quanto obiectum viſibilis plus diſtat ab oculo tanto
concurſus radioꝝ ſiue lineaꝝ viſualiū conſtituit angulū acutiorē. et p ꝯſe
quens tanto res viſa apparet minor. Hinc eſt ꝙ ſol apparet paruę quanti
tatis. cū tn̄ ſit maior tota terra E cōuerſo quāto viſibile eſt propinquus tan
to cōcurſus radioꝝ viſualiū cōſtituit angulū ebetiorē vel obtuſiorē. Et p
cōſeq̄ns viſibile apparet maius Tunc ibi (Coloꝝ) Vltima q̄ſtio ꝓpo/
nebat ꝓpter quid ſit coloꝝ diſcretio. Vbi notādū ꝙ color ſm̄ Ariſtotelem
inde ſenſu ꝛ ſenſato eſt extremitas perſpicui in corpe terminato. Non em̄
dicit ꝙ ſit extremitas corpis ſimpliciter. ſed potius extremitas perſpicui.
hoc aūt dicit quādā corpis qualitatem Dicit aūt extremitas pſpicui. q̄a
color apparet in extremitate Et dicit in corpore terminato vel determina
to ad drām corpm indeterminatoꝝ. licet em̄ in corpib⁊ indeterminatis ali/
quis eſt color. ille tn̄ nō eſt in eius rōne pſpicuitatis. aut rōne purę trāſparē
tię. ſꝫ rōne alterius terminatōis Fit aūt in corpibus indeterminatis. Vbi
grā. in aqua. vel in aere lumē dr̄ actus corpm indeterminatoꝝ. tenebrę vo
dicunt puatōes eius. ſic quodāmodo nigrū dr̄ puatōem reſpectu albi. q̄a
eſt minoris pfectōis. minuſq̄ꝫ de natura lucis participat Generant āt co/
lores medij per extremoꝝ coloꝝ ꝯmixtionem. ita ꝙ q̄libet pars extremorū
colorum commiſceat p
tibus alteriꝰ. De his
autem ad librum de ſen
ſu et ſenſato tractare re/
linquitur

Lux igitur iſtaꝝ q̄ſtionū difficilis.
ſolutio aīm mutatōis nō poſſet adim
plere. vxori ſtuduit predcis poſtpoſitꝫ
ſubiugari Viſis vndiq̄ꝫ ṽginibꝰ. in te
diuꝫ ductus parētibꝰ ſic rn̄dit Impro
bo corruptas. lectos deteſtor aniles.
Nil mihi cum feda virgine ſolus ero.
Spretiſq̄ꝫ predcis. vtpote ſolutiōibꝰ
difficilibꝰ Tholomei preceptis inquit
de cętero inſiſtaꝫ Sed ſignoꝝ gradus

Tūc ibi. (Cum igitur

Dicit Boetius enūe/
ratis q̄ſtionibus q̄ deſcri
ptę erāt in ſede Cratho/
nis. oſtendit quō fecit fi/
lius incōſtātię. Et pmo
facit hoc. ſecūdo ꝯcludit
ibi (Quid de cętero faciā
dicens ſic Cū filius incōſtantię in quęſtionibus enumeratis pficere nō po
terat ꝓpt̄ eaꝝ difficultates ſtuduit vxorari Et cū viderat multitudinē ṽgi

num ductus in tediū parentib⁹ ſuis rn̄dit Improbo corruptas ⁊c̄. vt patet in textu. Et ↄcludit ſe magis ſolari velle q̄ꝫ ducere vxorē Et tandē ꝓpoſuit ſtudere difficiles q̄ſtiones tholomei dicēs ſe p̄ceptis ſuis velle inſiſtere Cū autē vidit ꝙ gradus ſignorum et curſus planetarūꝫ de facili nō poterāt ꝓpendi ſine turris eleuatōe. dixit concludendo Quid faciā d̄ cetero: miſerū eſt me eſſe hominēꝫ Vtinā poſſeꝫ exuere humanitateꝫ ⁊ induere azineitatem ſpē permutata Tunc ibi (Sit ergo)

planetarumq̄ꝫ diſcurſus ſine turris eleuatione facili viſu cōprehēdi non pn̄t. Quid inquit de cetero faciā: miſerū eſt me eſſe hoīem. vtinā hūanitatē poſſem exuere. azineitatēq̄ꝫ induere ſpecie permutata Sit ergo diſcipuli ſumma magiſtratui ſubiectio exercitij attētio. animi beniuolentia. ingenij docilitas. ſpecierū luxurię euitatio. felicisq̄ꝫ cōſtātię debita profeſſio.

Hic recapitulat ſeu epylogat recolligendo prius dicta dicēs ſic Sit igitur ſumma diſcipuli ſubiectio erga mgr̄m. exercitij intentio. animi beniuolentia. ingenij docilitas. ſpēꝝ luxurię euitatio. et fœlicis conſtantię debita profeſſio.

Explicit liber primus Incipit ſecundus

Omnia ſiquidē ſupius expedita ad ſcholariū informatōeꝫ ſunt affixa. Nunc de eoruꝫ ſagaci prouiſione breuiter

Hic incipit liber ſecūdus Et quartū ei⁹ capitulū. In q̄ ſ'm ordineꝫ in ꝓhemio ꝓmiſſum determinat Boetius de ſagaci ſcholarium prouiſione. cum ſint in ꝑtibus alienis Et diuidit in tres ꝑtes ꝑncipales. In prima p̄mittit intentum cū hoc declarando diuerſitatem cōplectōnū humanę naturę In ſecundo oſtendit q̄ req̄rūtur ad prouidētiā ſcholariū ſagacē ibi. Fœlicis aūt diſcipuli. In tercia declarat req̄ſita ad ſcholariū prouidentiā reſpectu corporis. ibi Cū autē indiſcrepās. Prima adhuc in duas. Primo eīn p̄mittit intentū. Secūdo exequit illud. ibi. Cū humani corpis conditio. dicens ſic Oīa in p̄cedenti libro pro ſcholariū informatōe ſunt ↄpoſita. ſcꝫ in q̄bus debent informari Et q̄ō ſe habebūt erga magiſtros ſuos Nunc auteꝫ in ſecundo libro de ſagaci ꝓuiſione eoꝝ eſt breuiter tractandum Notandū hic ꝙ ex quo dicebat in p̄cedētis libri principio ꝙ eius ſubiectū ē aptitudo diſcipuli cognitionē veritatis recipiēdi a docente Ideo ad hanc aptitudinē omnia quę in hoc libro determinantur applicandi ſunt et reducenda: quod in hac parte determinate ſic reducendum eſt.. Oſtenſo in parte precedenti in quibus debita aptitudo diſcipuli doctrinam recipientis conſiſtit. q2 in proceſſu ad ſcientias ordinato. Et in debita ſubiectione reſpectu docentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

Secundus

De diſciplina ſcholariū

q̄ in trib⁊ conſiſtit. videlicet docilitate. beniuolentia ⁊ attentione Nūc au/tor ptractat de prouiſione aptitudini pdicte neceſſaria. que ad eam ammi/niculatur. ipamq̄ȝ inducit. Qm̄ ſm Ariſtotelē natura humana eſt mul/tipliciter ancilla Propter eius em̄ nobilitatē ⁊ aptitudinē multis indiget Recte ſicut miles ad actū milicie exercēdū indiget pluribus videlicȝ arma/tura. ſeruis. equis. ⁊ alijs hmōi ſibi neceſſarijs. Sic etiam homo pro vite ſuſtentatione indiget victu ⁊ veſtitu ſibi ↄgruis loco connaturali Hoīes autem diuerſarꝝ ſunt ↄplexionū Et quidam minus. quidam vero magis ad ſciam ſunt apti. qm̄ aīa corporis ↄplexiōem cōcomitatꝛ. vt dicit autor ſex pncipiorꝝ Et q2 hic agitꝛ de aptitudine cognitionū veritatis recipiendi. etiā determinandū eſt de ↄplexione que ad ipam āminiculatꝛ. Cōplexio aūt indiget nutrimēto Et ſi ſtudiū exercere debeat indiget loco. q2 ſtudiū ſapiē/tie eſt puilegiatum vt loco ſolitario magis ſit aptum Alia vero ſtudia ſi/cut militaris ⁊ architectonice ⁊c. q2 in publico ↄuenientius exercentꝛ. Nu/trimentum igitꝛ ⁊ locus ↄplexioni ⁊ ſtudio organice obſeruiunt. Naȝ ſicut viſus obſeruatꝛ in oculo. ſic ↄplexio in nutrimento. Unde ſilꝛe eſt in medi/cinis Ipa em̄ exquo tractat de ſanitate. Primo oſtendit in quib⁹ ſanitas ↄſiſtit. q2 in humorꝝ adequatione. poſtea determinat de his q̄ ad ſanitatem amminiculantꝛ. eāq̄ȝ inducunt ⁊ ↄſeruant Sicut ſunt humoruȝ euacuatio ſupfluorꝝ dicta cōgrua. et alia hmōi Sic recte procedit Boetius Poſtq̄ȝ determinauit de his in q̄bus aptitudo ↄſiſtit. iā tractat de illis. q̄ ammini/culantꝛ Et hec ſunt cōuenientia loci. ſtudij ⁊ menſura ⁊ alimēti cuilibet ap/ta Tunc ibi (Cum corporis humani

eſt tranſcurrēdū **Cum corporis hu/mani cōditio fleumate. ſanguine. cole/ra. melancolia cōſiſtat ſuffulta. ab ali/quo predictorum quemlibet neceſſe ē elicere preemientiam.**

Hic Boetius exequitꝛ ītentū oñdendo diuerſitatem ↄplexionū. Et diuiditꝛ in duas Primo facit hoc ī generali. ſcdo ī ſpeciali. ibi (Melancolico vero. dicens ſic. Cuȝ natura humana compoſita ſit ex quatuor humoribus ſcȝ fleumate. ſanguine. colera. et melancolia. necē eſt quēlibet hoīem habere peminentiā in vno pdictorꝝ Notādum hic q ↄplexio hūani corpis quatuor humoribus. ſcȝ melancolia. fleumate ſanguine colera fulta eſt Unde neceſſe eſt quēlibet hoīem ab aliquo pdictorꝝ accipe pemīē/tiam. ſcȝ vel in ſanguine. vel fleumate. ſeu alijs duobus. Et eſt humor. vt hic ſumitꝛ corpus humidū in corpe animalis generatum aptum natuȝ nu/trire corpus. et eſt quadruplex vt dictum eſt. Et quia ſecundum Ariſto/telem ſecundo de generatione. ex eiuſdem ſumus et nutrimur Ideo ceſſan/te humori in corpore animalis. ſequitur eius deſiccatio Secundo No/tandum q ↄplexio pōt ſic deſcribi Complexio eſt cōtextio ſeu ↄmixtio ſȝ magis et minus dñans. abcedens et recedens ab extremis. ad medium. non ſimpliciter. ſed quo ad nos Uel ſic Cōplexio eſt diſpoſitō extrinſeca. vel ſuperficietenus apparens ſignificans cauſas intrinſecas ↄſimiliter ſe habere Uel ſic. Complexio eſt diſpoſitio alicuius de quatu/

Complexio

dꝛ humoꝛibus reſultantibus ex quatuoꝛ elementis ad inuicem ſm ꝓporti onem inequalitatis Tunc ibi(Melancolico vero)

Hic in ſpeciali determinat de cōplexionibus Et diuidit in q̄tuoꝛ ſm ꝙ q̄tuoꝛ ſunt cōplectōes ꝑtes patebūt. Et ṗmo determīat de melācolica cō plexione dicens ſic Melancolico timoꝛi ⁊ tarditati ſubiecto. Accāriū eſt ſtudere in loco ſecreto et anguloſo. vbi nō fiūt magni ſtrepitꝰ. vbi etiā non eſt lux intenſa. Et gaudebit modica ſaturitate. cauendo ſibi de ſerotina co meſtiōe. gaudebitqꝫ potibꝰ mediocribꝰ ad nature ſue ſubſidiū: ꝓut laboꝛ ſtudij req̄rit Pōt recipe potū plenarie ⁊ alia. ⁊ foueri ad mēſurā: ne nimia ſtudij ꝓteruitas generet in ipſo thiſim ⁊ pectoꝛis ſtrictitudinē et anhelitꝰ.

Melancolicus

Melancolico vero timoꝛ pigriciei/ qꝫ ſubiecto ſub locis ſecretis ⁊ anguloſis. ſtrepituqꝫ carentibꝰ luciſqꝫ parū recipientibus ſtudere eſt opoꝛtunum. Saturitatēqꝫ decliuaꝫ. ſerāqꝫ p̄reca uere cenā. potibuſqꝫ mediocribꝰ gaudere ad naturȩ ſubſidium: ⁊ pꝛout ſtudij deſiccatio exigit plenaria potus re/

Notandū hic ꝙ ꝯplexio melācolica eſt qñ mixtū ex quatuoꝛ elementis cō ponit ſeu humoꝛibꝰ vbi humoꝛ terrȩ p̄dñatur aliis humoꝛibus. in mixto exñtibus. Et ideo ſi ille humoꝛ eſt frigidus ⁊ ſiccus Sic talis cōplexio eſt frigida et ſicca ⁊ terrȩ aſſimilat. Sunt aūt melancolici inferius groſſi ſupiꝰ āt aꝑparēt macelē ti. eo ꝙ melancolicus ſm humoꝛē melancolicū eſt ꝯplexionatus Melancolia ꝟo eſt humoꝛ terreus et groſſus naturā homis deṗmēs in naturam terreā Vñ melācolici ſunt terrȩ cōparabiles. Terra āt inter oīa elementa eſt plus materialis ꝓpt̄ qđ etiā dꝛ fex oīm elemētoꝝ. Ideo etiā melācolici maxime ſunt groſſi ⁊ minime agiles. Et ꝓpterea dūr etiam ſubiecti pigriciei. Sunt etiā timoꝛoſi. timoꝛ em̄ oꝑponit audaciȩ. Audacia ꝟo eſt ira q̄dam accenſa ṗncipaliter ꝓpter bonū. Ira em̄ eſt accenſio ſanguinis circa coꝛ. Cū igit melancolici ſunt humoꝛes groſſi eo ꝙ ſtꝫ naturaliter frigidi et ſicci ideo caloꝛ eoꝝ nō hꝫ ꝟtutem accendendi ſanguinē. ꝓpter qđ ſtꝫ timidi Decet etiam eos ſtudere in locis ſecretis ⁊ anguloſis. qꝛ ſm Auicennā im munitas a materia reddit nos intelligentes. Sed melancolici ſtꝫ maxie materia onerati. vñ impedit circa ſenſus omnis virtus intelligēdi eo ꝙ neceſſe eſt quēcūqꝫ intelligentē phantaſmata ſpeculari. iō debēt eſſe in locis ſecretis. Vel etiam qꝛ timidi ſtꝫ iō ad loca ſecreta fugiūt. Vel etiā qꝛ valde ſunt materiales. difficulter recipiūt impreſſionē alicuius ꝯgnoſcibilis. ꝓpter qđ faciliter pñt impediri. iō nullatenus circa ſe ſtrepitū pati pñt Dꝫ etiam melācolicus p̄caueri nimiā ſaturitatē. qꝛ cū ſit groſſus ex ſaturitate nimia groſſi humoꝛes ⁊ peſſimi pñt generari. ⁊ ſic fieret oīo inhabilis Cū etiā naturaliter ſit frigidus. ne ex defectu caloꝛis naturalis nimis maneat indigeſtus vt ſic coꝛpus reſeruetur. Debet etiam p̄cauere cœnam tardam qꝛ ꝑ ſomnū fit digeſtio ⁊ humoꝝ cōgregatio. Nec igitur humoꝛ generatꝰ ex cibo abundanter exceſſiue ſiue in ſomnum ad cerebꝛum aſcendat ipſuꝫ deſtruendo Cōſeq̄nter notādum ꝙ melācolicȩ complexionis ſigna ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

Secundus

de diſciplia Scholarium

Nā melancolicus eſt inuidus infidelis. fallax incōſtātis animi. tardus in
oībus factis. inordinatū hn̄s appetitū. diligit eni eſſe ſolus. eſt timid⁹ duz
hoīes debet inſpicere. hebes eſt ingenio. plures hn̄s carnes. multum bibit
qꝛ eſt ſiccus naturaliter. Pax comedit. qꝛ nō pōt digerere rōne frigiditatis
pax appetit. Nihilqꝫ vel pax poteſt. qꝛ frigidus eſt et ſiccus. Si vere vult
appetere cibaria calida ꝛ humida pulueroſa. ſeu bene piperata ſumat. bo/
nūqꝫ vinum aut potum calidum potet. aut eſſet breuioris vitę. Sic enim
ratione caloris in cibis et potibus exn̄tis calor naturalis augmentat᷑. Et
rōne hūiditatis nutrimentis humidū radicale incepit augmentari Et ſic
plus appetit ꝛ plus pt̄ qꝫ ſine his. Et ſiꝫ hec ſigna in his metris ꝯtēta. In
uidus ꝛ triſtis cupidus dextreqꝫ tenacis. Nō expars fraudis timidus luteiqꝫ
coloris Nota thyſis ē ꝯſumptō corpis naturalit᷑ humectantis ex alte
ratione corpis ꝓueniēs Vn̄ thyſici ꝑ fleumatis emiſſionē ꝯſumunt᷑. ſic ꝙ
vix cutem ſupꝛ oſſa obtinēt. Vn̄ lauto cibo pn̄t vitam prolongare. Tho/
rax eſt pectus vel lorica Tunc ibi (Fleumaticus vero)

Hic oñdit ꝓprietates fleumatici. Et vult ꝙ fleumaticus pt̄ informari
doctrinis in locis clamoroſis et capaciſſimis lucis. Pōtqꝫ foueri multis
potib⁹ et nutri diuerſ ci/
barijs Et ſi liceat dicere

ceptione ad menſuram confoueri. Ne
nimij ſtudij ꝓteruitas thyſiz generet.
Anhelanſqꝫ thoracis ſtrictitudinem.
¶ Fleumaticus vero licet ſtrepitu ru/
gientibus edib⁹ luciſqꝫ capaciſſimis
ſtudij pręceptis pōt informari. pocu/
liſqꝫ pleniorib⁹ poteſt ſuſtentari. ciba/

pt̄ ſemel in menſe actuz
venereū exercere Notā
dum hic ꝙ fleumaticus
pt̄ informari documētis
ſtudij in locis clamoroſ.
qꝛ frigidus ē ꝛ humidus
Motus āt eſt caloris ꝛ
ſiccitatꝫ inductiuus. Si
eīn confrigetur ad corp⁹
calor gn̄atur. qꝛ igit᷑ fri/
gidus eſt motus; qui eſt

flegmaticus

actus ſtudendi difficilior eſt in maiori ſtrepitu. q̇ ſenſum mouet. et ita ca/
lor in eo intendit᷑. et quodāmodo humor digerit᷑ Habet enim fleumaticus
ſanguinem nō ita nobilem ſicut colericus. et ideo nō faciliter ꝑ ſtrepitū in
actu ſtudꝫ impedit᷑ Strepit⁹ ei nō promouet ſꝫ impedit ſpeculatōez intel
lectualem. Eſt autem fleumatica complexio quando aliquod mixtuz cō
ponitur ex quatuor elementis ſiue quatuor humoribus naturam elemen
torum conſequentibus. ita humor aqueus alijs p̄dominatur humoribus
Unde fleumaticus eſt frigidus et humidus ſicut aqua. Et naturalit᷑ om/
nes mulieres fleumaticę ſunt cōplectōnis. Signa autem per quę cognoſci
tur fleumaticus ſunt hęc.. Eſt albi coloris carnoſus parua oſſa reſpectu
ſui carnis habens faciem pinguis. non cito iraſcitur timidus et non letus
ratione frigidi conſtringentis. Item multum comedit. minus bibit.
tardus eſt i factis ſuis. capillos habet molles et rectors. multū poteſt. qꝛ
humidus eſt. pax tamē appetit. qꝛ frigidus.. De ſignis et proprietatibus
fleumatici dant᷑ hęc metra. Hic ſomnolentus piger in ſputamine multus
Eſt huic ſenſus hebes pinguis facie color albus. Et ratione humiditatꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

cito addiſcūt. ſed male retinent ⁊ rōe frigiditatis tarde loquuntur ¶ Tſic ibi (Sanguineus ꝓo) ¶ Hic ponit ꝓprietates ſanguinei dicens ſic. Sanguineus cuiꝰ ꝯplexio eſt nobilior inter ceteras ſtudere poteſt in omni loco. et ſepe ludendo q̄ſtiones incorꝑare grauiſſimas. non tn̄ in hoc ē ſꝑ ꝯfidendum. Scia eni melius a quocūqꝫ acq̄ri pōt ſtudendo q̄ꝫ ludendo. ⁊ debet delectabilibꝫ vti cibariis et potibus ſubtilioribus ¶ Notādū hic. ꝙ ſanguinei ſunt naturaliter calidi ⁊ humidi qua faciliter recipiunt ⁊ recepta retinent. qua propṫ aptiſſimi ſṫ ad diſciplinam. Vn̄ ſanguinea cōplexio eſt qn̄ mixtum aliqđ ex q̄tuor ꝯponiṫ elemētis. Vel vbi ſanguis nature aeree alijs humoribus ab alijs diſcuſſis elementis in mixto p̄dn̄aṫ alijs elementis.

Sanguineus

riiſqꝫ omnigenis cōfoueri. venereoqꝫ acceſſu (ſi fas eſt dicere) mēſurnꝰ ꝑmo liri Sanguineus vero cuiꝰ ꝯplexionis fauorabilior propago eſt. om̄ibus ſitibꝰ ac cibariis pōt adaptari. quē ludendo ſepius grauiſſima q̄ſtione nouimus cōfoueri q̄ꝫ ſi obliquātibus hyrcis parietes ſolus ocillaret. non tamen in hoc ſꝑ eſt cōfidendū: Nūc aūt cibariis omnigenis gratiſſimis. potibuſqꝫ lenioribus decet hilarari.

Signa huius ꝯplexionis ſunt. ſ. ꝙ eſt letus cātās largus ſeu liberalis amabilis. mediocriṫ rubei coloris pius ꝯſtans. moderatus ad ꝟtutes naturaliter inclinatus. non multū loquens. nec nimis tacens. ſꝫ facundus non ꝑcipitans facta nō hn̄s a ꝑpetitū iordinatū vult ꝯuenire ſodalibꝫ bonis faciei nō rugoſe. multū a ꝑpetit ꝓpṫ caliditatem ⁊ multū p̄t ꝓpt hūiditatem Vn̄ largus amans hylaris ridens rubeiqꝫ coloris. Cantus cornoſus. ſatis audax atqꝫ benignus ¶ Tunc ibi (Clericus vero) Hic oñdit cōditiones colerici ⁊ p̄mo facit h̄. ſcđo ſubiūgit quādam cautelā. ibi (Cauendū eſt aūt) Tercio remouet dubiū. ibi (Si autē qualitatis. Primo dicit ſic Colericus qui eſt pallide faciei ſtudebit in loco ſolitario. ne bilē fundat propter nimium ſtrepitum in ſuam ſocietatem. Nec etiā venerabilē magiſtratus ledat maieſtatem Et ſubdit dicēs. O quantū vitanda ē leſio magiſtratus. Poteſt colericus etiam vti cena grandi. etiam et potu forti ¶ Subiungit quādam cautelam dicens. Na

Colericus

¶ Colericus vero pallidule effigiei plerumqꝫ ſubiectus ſolitudini ſemꝑ ſupponatur. ne nimij ſtrepitus auditu bilem in totam effundat cohortem. ſicqꝫ magiſtratus venerabilē ne ledat maieſtatem O q̄ꝫ magiſtratus leſio eſt vitanda. Hunc cena grādiori nouimus ſuſtentari. potuqꝫ fortiori deliniri.. Cauendū eſt aūt ne litis horror amminiſtratione potus iſtius rabidum mētibus extrahatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

xime eſt cauendū ne litis horror in potus ãminiſtratōr extrahat. Et vlti/mo remouet dubiū ſic incidens. Cuz ſit dictum de quatuor ꝯplexionibus poſſet aliquis dicere: quomodo nos habere poterimus dictaꝝ complexio num cognitionem.. Remouendo dubium hoc dicit Boetius Si ignoraue ris aſſignare qualitates. ꝯſule philoſophos ſpeculatiuos ſeu medicos. et ſic fit mentibus intimatū. gnothiſeafton. i. noſce teipm.

Notanduz hic quod ꝯplexio colerica eſt. quando mixtum componit ex quatuor elementis ſiue humoribus. ſic tamē quod humor igneus alijs hu moribus in eo predominetur.

Signa aūt p que cognoſcitur hec cōplexio ſunt hec. ipſum eſſe palliduz ſicut eſt color cineꝝ. quod actōem calidi ſup humidum cōſumptū ſignifi/cat. Etiam fortiter bibit et plus ꝙ comedit. Gracilis nō carnoſus. Faci es ei⁹ macra et gracilis. Cito iraſcit. Iracꝫ eius cito tranſit. Audax eſt. p̄ceps in omnibus factis. In tremore immoderatus. quaſi nullnm timens loquendo. capillos ha/bens duros et nigros. ſu periora eius ſunt groſſa. oſſa magna. Neruos et muſculos habēs duros. Nobilis et velox eſt. et non piger. qꝛ caloris ē fa ciliter mouere omnia mēbra. prodigus eſt ſemper dans circumſtātias non attendens. multū appetens quia calidus. parum potens quia ſiccus. Vn̄ ſi vtatur humidis cibarijs. et calidis. vtpote pullis iuuenibus in recenti a qua decoctis. hec nature eius poſſunt ſuffragari.

Si autem qualitatis aſſignate igno// rans ſit ſocietas theoricos cōſulat ſe//

Signa hec habent in his verſibus. Hyrſutus fallax iraſcens prodigus audax. Aſtutus gracilis ſiccus croceicꝫ coloris. Item. Si quis dicat. Auerrois ſuper de cœlo et mundo habet. ꝙ omnia mixta habent predomi nium a terra. ideo mouentur ad centrū ratione grauitatis.. Videt ideo ꝙ oīa mixta ſunt melancolica. Dicit ad hoc. duplex eſt p̄dominium elemen toꝝ in mixto. Quoddā em̄ ſumit ſm qualitatem tm̄. aliud vero ſm quā/titatem molis Dictum igitur auerrois intelligitur de quātitate molis qꝛ in omī mixto terra hoc modo p̄dominat. Mixtū enim debet eſſe firmuz et nō cito frangibile. cuius cauſa eſt terra. Sed dictum autoris intelligit de qualitatū p̄dominio. Unde aliquādo quanti tas terre p̄dominat alijs Aliquādo qualitas ⁊ o/peratio ignis. et ſic de a/lijs complexionibus.

ꝙ ſic cognoſcat. plib⁹ ꝓo mētib⁹ itima tū ē gnothiſeaftō. Felicis ꝓo diſcipuli

Hoc igitur modo com/plexiones ſortiuntur ſpeciem et numerum. Conſequenter notandum ꝙ nuncꝙ due ꝯplexiōes in ambabus ꝓprietatibus oppoſite ſimul eſſe poſ ſunt in eodem: vt fleuma cū colera. et melancolia cū ſanguine. niſi in gra/du confracto.. Eo quod contraria ſimul eidē ineſſe non poſſunt. ſm tn̄ eſſe remiſſum iſti quatuor humores bene in vno ꝯgregant. Et q̄ hn̄t cimbolū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

adinuicē facilius inuicem cōponi pñt. vt fleuma cū melancolia. qꝛ cōmu/nicant in frigiditate. ⁊ ſanguis cū fleumate. qꝛ in humiditate cōmunicant Sed melancolia et ſanguis adinuicem cōponi nō pñt. qꝛ in ambabus q̄li/tatibus ſeu ꝓprietatibus differūt. Et ſimiliť colera cū fleumate ꝯponi nō pōt. cū etiam in ambabus qualitatibus repugnāt. Quia igiť quattuor cō/plexiōes ꝓtacte raro pure ⁊ ſimplices repiunť. ſed ſepius ꝑmixte. iō dinoſce/re eius ꝯplexiones nō ē puerile. Que tñ ꝯplexio in vnoquoqꝫ gñe predomi/neť capi pōt alio modo ꝑ ſigna antedicta. Nota ꝙ ꝯplexio ſanguinea quia calida eſt et humida aſſimilať aeri. veri. vento auſtrali. et inter plane/tas ioui. ac inter etates hoīs iuuentuti Hec eñi omnia calida ſunt et hūi/da. Fleumatica ꝟo ꝯplexio aſſimilatur aq̄ inť elemēta. hiemi inť ꝑtes an/ni. fauonio inť vētos. lune inter planetas. ⁊ etiam ſexui muliebri. Hec eñi oīa frigida ſūt ⁊ humida. Colerica cōplexio aſſimilať igni. ſubſolano. e/ſtate ⁊ etati virili. et inť planetas ſoli. Hec eñi oīa calida ſunt ⁊ ſicca Sed melācolia aſſimilať tře. autūno. boree. ſeu vento ſeptētrionali. ſaturno ⁊ de/crepitui. Om̄ hec frigida ſunt et ſicca.

¶ Notādū ꝙ triplex eſt colera. ſ. cōbuſta. tēperata ⁊ melancolia. Cōbuſta viget in hoībus nigrā hñtibus faciem. quaſi a ſolaribus radijs ꝯbuſtam. Et tales ſunt multum rebelles. ⁊ de facili ad iram ꝯmouenť. et cū inebriā/tur ſūt furibundi. Temperata aūt colera viget in hoīb⁹ pallidam ⁊ aliqua/liter rubeam habentibus faciem. Et ſūt tales diſcretiores in mēte. ⁊ freqñť furioſi nō multū ſegnes. Colera autem melancolica viget in hoīb⁹ lutulē/tam faciem habētibus Et ſūt hmōi ſemper triſtes. ſemꝑ habentes varias imaginatōes phantaſticas. Et de tali intelligiť lr̃a. Tunc ibi (Fœli/cis autem diſcipuli ⁊c.) Hic ponit quoddam ꝑceptū gñale. Et primo facit hoc. Secūdo dictū ſuuꝫ magis reſtringit ibi. Si autem diſcipul⁹ Ad huc ꝑma diuidiť in duas ꝑmo ponit doctrinā Scdo ꝯ ͣra detractorē excla/mat ibi. Quid enim detractore nequius. Primo dicit ſic. Diſcretio fœli/cis diſcipli gaudeat ſe ſb/

diſcretio magiſtratui ſubijci gaudeat Eūqꝫ metuēdo diligat. fidelis exiſtat ne ſub picturate dilectiōis obtentu al/binus exiſtat detrahendo Quid ei de/tractore nequius. ve magiſtrat⁹ detra/tori. etiam ſi mille fuerint Venienti aūt magiſtro aſſurgat ꝓ loco et tꝑe. ip/ſum ſalutando inclinet: eūqꝫ ſi iubeat aſſequatur. Māſione quoqꝫ eius ſi poteſt inſerat cohabitando. vt ſic caſti/gatus nō ſolum ſe remordeat. verum etiam ſi locus affuerit ad eum conflu/at diligenter inquirendo Si autez

ijci magiſtratui. ⁊ metu/endo eum diligat. ⁊ in oī/bus ei fidelis exiſtat Nō ſub dilectione picturata qualis albin⁹ exſtiterat detrahendo. et tūc excla/mat detractōem dicens. Quid eſt nequius de/tractione vel detractore. dato quod mille eſſent. Fidelis etiā diſcipuli di/ſcretō aſſurgat īclinā/do loco et tempore con/gruis magiſtro ſuo veni/ente. ⁊ ſi iuſſerit ipm ſe/quatur. Et ſi quidē fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

pōt inſerat ſe mā̄ſioni eius cohabitando. vt ſic caſtigatus non ſolū̄ remor/
deat ſe. ſed cū̄ locus fuerit confluat a d mgr̄m dubia inquirendo. Et illō ma
gis ſpecificat dicens. Si diſcipulus ſm ꝙ neceſſariū̄ eſt neq̄at ſemꝑ mgr̄o
ſuo exhibere pn̄tiam. interdū̄ ꝓpter hitatōis diſtantiam. ꝛ qn̄ꝗ ꝓpt͛ alte
rius rei cām. tunc habeat dicticas lateri ſuo ꝓmptas quibus diligenter i/
primat. quod ſibi exp̄ſſum fuerat a magiſtro ſuo ¶ Notādū̄ hic ꝙ fee
lix diſcipulus gaudenter ſe magiſtro ſuo ſubijcere ipſumꝗ timere debet
Nam qui nō timet non obedit. ꝛ ſi non obedit non eſt ſubiectus. Nō autē
ſic debet timere ipſum ſicut fur patibulū̄. ſed vt debitos honores ſibi impē
dat. et eius mandato ſe ſubijciat. ipm̄ in nullo cōmouendo.. Ipſum etiam
diligere debet. q̄a ſi nū̄ diligat ipm̄. p̄cepta ſua non cuſtodit ſed ꝯtēnit. Ta
lis autem contēptus ſubiectionem impedit Debet autem diſcipulus debi
tam exhibendo magiſtro reuerentiam tempore et loco aſſurgere Non qui
dem oī tp̄e. q2 nō dū̄ ſtudio eſt impedit⁹. nec omni loco. q2 nō in ſcholis vel
locis ſtudij Et ſi pōt diſcipulus cōmorabit͛ magiſtro ſuo. ne ſolus in ſtu/
deo ſe r̄mordeat. Tūc āt q̄s ſe remordere d2 ī ſtudio qn̄ ꝓprio intellectu ad
aliq̄d acq̄rendū̄ laborat. qd̄ ꝑ ſe inueſtigare nō ſufficit Diſcipul⁹ em̄ qn̄ꝗ
magnos circa materiā̄ aliquā̄ facit labores. ſuꝑ qua faciliter poſſet a ma/
giſtro ſuo expediri. Si āt cū̄ ſuo magiſtro morā̄ habere nō poſſet habeat
dicticas in quibus dubia emergentia cōſcribat. tp̄e vt oportuno eo𝔯 ſolu/
tionē ſuo a mgr̄o inq̄rat ¶ Nota dictica d2 a di/
ctamen et ycos cuſtodia
vn̄ Clerice dictica lateri
ſit ſemꝑ amica. Naz ſine
dictica vix retinebis ita.
Itez vox audita perit lit
tera ſcripta manz Sz ob
ijceret aliq̄s h̄ eſt contra
cōe ꝓuerbiū̄. ſ. corde non
carte ꝛc. Dicitur ad h̄ ꝙ
iſta oꝑponūtur. p̄t enim
p̄mo dubiū̄ notificari et
dicticis īſcribi ꝛ poſtmo
dum intellectui. Et ſic
nō ſolū̄ dicticis eſt com/
mendandum.

diſcipulus mgr̄ō ſuo ſꝑ vt neceſſariuz
eſt neq̄at exhibere pn̄tiaz. tū̄ ꝓpter mā̄
ſionis ſuę diſtā̄tiaz. tū̄ ꝓpter alteri⁹ rei
cā̄m. dicticas lateri ſuo ſꝑ ꝓ̄ptiores
habeat cedulas ve quibus diligenter
imprimat. qd̄ conſcię proprię nouerit ī
timatū̄. eiuſꝗ explicite inquirat dubi
tatū̄ Cū̄ aūt indiſcrepans ꝯueniensꝗ
affuerit cōmēſaliū̄ ꝯnexio ā̄nua vel ci/
terior ſm ꝓpoſitū̄ cōmorā̄di volū̄tas.
Salis aūt lignor𝔯ꝗ ī ęſtate fragmēta
Autū̄no copiā̄ vīdemię triturā̄ cap̄cor

Tunc ibi (Cum autē)

Poſtq̄ Boetius oſtendit p̄ceptum quoddam obſeruandum in diſci/
pulis propter aptitudinem recipiendi ꝯgnitionem veritatis a docente
Hic oſtendit quędam alia p̄cepta Et diuiditur hęc pars in duas Nā̄ p̄mo
ponit illa p̄cepta Scd̄o declarat eo𝔯 cauſas ibi. Ne artocopi mucor Pꝛīo
dicit ſic. Cum igitur cōnexio ſtudentiū̄ ſeu ſcholarium fuerit concors ita
quod habeat ꝓpoſitum inſimul morā̄di ꝑ tempus vni⁹ ā̄ni aut circiter. tūc
ꝯueniens eſt ꝙ iuxta eo𝔯 facultatem feſtinent ſibi procurare copiam ſalis
frumēti ligno𝔯 et copiam vindemię. Sal quidem ꝛ ligna ī ęſtate. frumen/

ta ⁊ vina in autũno. ⁊ in capͥcorno cõgeriem carniũ. Hoc eñ maxime con
ſentaneũ eſt ſanitati. Et aſſignat cãm Ne mucor artocopi inficiat anheli
tũ. ⁊ ne etiã vinũ inſipidũ cordis ſecreta ꝯfundat.. ⁊ ne etiã ſequat̃ rancor
carniũ. Et ne fetor triture incluſus corrũpat inteſtina. et ne lignoꝝ defcũs
ꝯtrahat mẽbra. ⁊ etiã qđ peius eſt ne ꝯtinua infirmitas ſequat̃

¶ Notãdũ hic ꝙ ſc̃m phm in politicis homo viuens ſolitarie. aut eſt deus
aut beſtia. Nõ eſt. q2 adeo ẽ rudis ꝙ de nullo curã gerit Et hic beſtia noĩa
tur Nõ eñ viuit vt hõ. eo ꝙ vite intellectuali nõ inſudat. aut eſt adeo ꝑfec
tus felicitate mellicitatoria ꝙ nullo ĩdiget Et ſic deꝰ. i. diuinus eẽ dr̃.. vñ
hõ naturalit̃ eſt aĩal politicũ ⁊ ciuile habitãs int̃ alios hoĩes. vt ſic hoĩes
ſibi mutuo ſuppleant defectus Docet autem hic autor qualiter ſcholares
ſibi prouidebũt in diuerſis varios eoꝝ defectus ſupplentibꝫ. nã ꝯtracta ſo
cietate ꝯgrua ſcholares prouiſionez facient in nutrimentis ⁊ aliȷ̃s ad vſuz
vite neccãrijs. vt in ſale. lignis. carbonibꝫ. vino frumẽto. et aliȷ̃s hmõi cor/
pus ꝯſeruãtibꝫ ꝯplexõem iuuãtibus ⁊ ad aptitudinem intentã amminicu
lantibus. Item notãdũ ꝙ vnuſquiſ{q} menſis ſua ꝓpria habet exercitia.
vt pꝫ in his v̾ſibꝫ a ianu
ario ꝯñter enumelando.

ni cõgeriem carniũ O ꝙ̃ ꝑficiens ſani
tiſ{q} cõſentaneũ. ſecũdũ facl'tatẽ ĩ vnũ
cõponere Nec arthocopi mucor ãꝑio//
narius anhelitũ infirmet Et ne vini in
ſipidi acor cordis ſecreta cõfundat car
niũ laniſte rancor ſaliſ{q} tritura fetor ĩ//
cluſus inteſtina corrumpat. lignorũ{q}
defectus mẽbra cõtrahat. ⁊ q̃d deteriꝰ
eſt quotidianis incurſibus ingroſſet̃
anꝑionarius. Magna vero diſcipuli
cõmoditas eſt prout facultas ſuppetit
neceſſaria magiſtratui exhibere. nedũ
eius inhiat executioni rerum venaliũ

Poto ligna cremo. de vi
te ſupflua demo Do gra
mẽ gratũ mihi fuit flos
mihi pratũ Meſſes in//
clino. ſegetes tego.. vina
ꝓpio Semẽ humi iacto
mihi paſco ſues. in ma/
cto Itẽ pro vocabulis
textus notet̃ primo ꝙ ar
tocopꝰ dr̃ ab arthos gre
ce qđ eſt panis latine. et
copos labor quaſi paĩs
cũ labore fcũs. Vñ. Eſt
arthos panis qđ probat
arthocopos. Itẽ rancor
dr̃ carnis ꝓprietas Acor
vini. ⁊ mucor panis vñꝰ.
Carnis rancor. acor vini. mucor quo{q} panis. Itẽ Nõ miſer hic fert̃ in cu/
ius ſepe popina Muſcidus eſt panis. caro rancida pendula vina Tunc
ibi (Magna vero diſcipuli ⁊c)

¶ Hic Boetius cõtinuãdo ꝓpoſitum ſuum oſtendit quid expediat ma/
giſtro et diſcipulo dicens ſic. Magna in hoc conſiſtit diſcipuli cõmodi
tas vt ſuã iuxta facultatez magiſtro ſuo prouideat de vite neceſſarȷ̃s ne
tꝑe quo ſibi intendere deberet inſtruendo circa reꝝ venalium curas ſe ha/
beat occupare Subdit exclamatõem dicens. O ꝙ̃ abſurda eſt egeſtas
magiſtratus.

¶ Notandum hic quod magna in hoc conſiſtit diſcipuli ꝯmoditas vt
iuxta ſue facultatis exigentiã ſuo prouideat magiſtro de vite neceſſarȷ̃s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

de diſciplina ſcholariū

Sic enī tanto poteſt fidelius ꝑ euȝ informari. immo nunquam ſibi facere
poterit condignam laborum recōpenſam. Unde ſicut filius propter ſub/
ſtantiam quā aſſumpſit a parentibus. non ſufficit ei reddere equiualens.
Sic nec diſcipulus mgr̄o pro ſciā ab eo ſibi miniſtrata. In ſignum cuius
dicit philoſophus in ethicis. dijs parētibus ꝛ mag[i]ſtris nō poteſt reddi eq̄
ualens Faciat igit̄ diſcipulus magiſtro ſuo iuxta facultatis exigentiā la/
boꝝ recōpenſam. ſ. in vite neceſſarijs ſubueniendo. Nec (vt dicit autor ī te/
xtu) tempore inſtructōis ſcholarium victualium procuratori habeat inten
dere. Unde fructus ſcholaſtici proueniat minoramētum. Nam pluribus
intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. ꝛc. Tunc ibi (Lotricū autē vetu)

indulgeat cōparationi O quam abſur
da eſt magiſtratus egeſtas. lotricum
ā̄t vetulaꝝ ꝗ remotio ꝙ̄ ſummope ap/
preciāda eſt. earū ꝗ acceſſus quāto ra/
rior tanto ſalubrior. Nec duȝ venerit
aliquid ſuggerat inquinatū vl̄ a māci
pio extrahat q̄d ꝑmollitum. quoniam
māncipioꝝ raro reꝑitur clementia. ra/
rior in agone ꝯſtātia. Ue ſeducēti mā
cipio. in q̄ ꝯfidit plenaria dominantis

Hic agit de ꝓuiſioni
bus adhibendis inferio
ribus dicens ſic fœlix di
ſcipulus abſtinebit ſe a
freq̄nti lotricū ꝛ vetulaꝝ
acceſſu immo ꝙ̄to talis
rarior tanto ſalubrior..
Subiūgit cām dicēs ſic
Ne vetule ꝛ lotrices per
miſſe domū eius accede/
re ſuggerāt famulantibꝰ
ſeu ꝯſulant aliqua qui/
bus fieret eius depaupe
ratio ſeu diffamatio. q̊/
niā raro reꝑitur fidelitaſ

ſeruientiū et in ꝑiculo cōſtantia Subdit exclamatōem dicens. Ue ſeducē
ti mancipio cui dilectio domini plenarie confidit. immo tali nihil fedꝰ ſeu
ingratius valet inueniri

Notandum hic ꝙ ſtudentes ſibi prouidebūt congrua de familia. tā quo
ad ſexum muliebrem. quam etiam maſculinū. vt per eam de cura domeſti
ca ſubleuati ſcholaſticis actionibus tanto efficatius valeant inhiare. Li
cet eīn ipi indigeant mulieribus. nō tamen eas debent attrahere. quia cuȝ
mulier naturaliter ſit meretrix ne lotrix ad ſuum veniens mancipiū ipſuȝ
alliciendo mala ſibi ꝑſuadeat quibus bona ſua forſan dilapidarent̄.

Notandum circa vocabula textus. quod agon vel ago agōis dicit̄ lo/
cus belli. ab a quod eſt ſine. et gonus angulus quaſi ſine angulo. Sed ſe/
cundum Hugutionem. venit a verbo ango angis angere. Inde agonizare
id eſt certare. Inde agoniſta id eſt pugil Mancipium idem eſt q̄d
famulus. et dicitur a manus et capio quia ſeruus debet eſſe captus mani/
bus. id eſt poteſtatibus ſui dn̄i. ita quod ſuis preceptis obediat q̄d ſi non
fecerit verus non exiſtit ſeruus.

Tunc ibi (Hoſpitium mundum ꝛc.)

Hic declarat Boetius ſeruitium fidelium ſeruorum declarando cum
hoc exemplariter maliciā ſerui infidelis dicens ſic Seruus fidelis hoſpitiū
dn̄i ſui ſeruabit mūdum ꝛ thoral dealbatum. Hec eīn ſunt ſigna fidel' ſer/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 C 5

ni. Oppoſitum aũt eſt de mancipio detrahenti Tunc ibi (Cunctos)
Hic declarat exemplariter p̃dicta de quodaꝫ ſeruo ꝙ vocabaṫ elymas
qui habebat dñm ꝙ vocabaṫ nycoſtratus Iſte aũt elymas p̃mo intrans
hoſtiũ dñi ſui exhibuit ſe fidelẽ. ꝛ ꝓmiſit ſe in poſt adhuc fideliorēꝫ Et ſic
dñs ſuus oĩa bona ſua ꝯmiſit ſibi diſponenda Qđ videns dictꝰ elymas di
xit ſe in duplo plus expẽdiſſe in rebus vſui humano neccãrijs ꝙ̃ rei ꝟitas

dilectio. quid tali fedi? eſt: qđ tãto gra
uius. Hoſpiciũ mũdũ. ſupellex mun
datũ. thoral dealbatũ mãcipij pruden
tia reꝝ exitus conſiderantis ſedulitati
dñicę ſemꝑ aſſiſtentis decẽti vultu ſũt
ꝓponãda. Qui mãcipio detrahẽti cru
delius eſt. Cũctos terreat infęlix elias
ab elimãdo dictus. nomẽ ex recontra/
hens. ꝙ cũ nycoſtrati mũera ſuſcepiſſꝫ
prĩm em̃ vultu ſeruiuit blãdiori oĩa ad
nutũ oĩa ãminiſtrãs. fideliſcꝫ ꝑ oĩa exi
ſtens. fideliorẽ ſe eſſe promittẽs. Quic
quid vero nycoſtrati poſſidebat fideli
tas ipſius cõmiſſuꝫ eſt infidelitati. qđ
plura: cũ nequiſſimi elimatis infęlix ꝓ
uidentia cũcta ꝓuidiſſꝫ ſibi ſubpedita
ri carniũ alimẽta. piſciũ fomenta. cęte
raꝝcꝫ reꝝ venaliũ cõmerciũ. oĩa ĩ du/
plo ꝙ̃ eſſent appreciata dominicis au/
ribus intimabat Sicꝫ totiꝰ ſubſtan
tię hauſit incrementa. nycoſtratũcꝫ in
ſũmã traxit egeſtateꝫ. ꝛ in creditoꝝ di/
urnã exclamatõem Qua nihil amariꝰ
imprimitur ve creditoris inſanię. ma/
xima ꝟo nycoſtrati penuria eũ in man
cipij erroris cognitionem ꝑduxit. Tã
dem tarde cũ elimateꝫ ſuper errore ſuo

habebat Quo dominuꝫ
ſuũ in ſummaꝫ traxerat
pauꝑtatem. creditoꝝcꝫ
in exclamationẽ diurnaꝫ
Nihil ꝙ̃ mẽti amariꝰ im
primi pt Maxia ãt pe/
nuria dñi ſui ſerui in co/
gnitõeꝫ eũ ꝑduxerat. Tã
dẽcꝫ eũ ſuꝑ errore ſuo ĩ/
crepabat. qđ dictus ely/
mas dũ audiuerat ĩ ver/
ba prorũpens ꝯtumelio
ſa dñm ſuum interficit.
Corpꝰ dñi ſui nycoſtra/
ti canibꝫ diuiſit deuorã
dum. Tunc Boetiꝰ ex/
clamando dicit O ꝙ̃ de
teſtabile factuꝫ prodito
ris ĩpietas ꝑpetrabat
Nota ꝙ tria ſunt ge/
nera ſeruoꝝ fugiẽdoꝝ. ſ.
ſubtrahentium. Vñ hic
Boetius nos edocuit.
Secũdũ eſt bilinguium
Vñ Boetius ſatis reci
tat in textu proxime ſe/
quenti. ibi (Seruus aũt
bilinguis. Terciũ ē ſer/
uoꝝ crudeliũ vñ in textu
immediate ſequẽti iã al/
legatur textꝰ ibi (Seruo
rum ſiqđem crudelitate.
Terciũ ibi (Seruꝰ ãt
bilinguis ꝛc̃) Hic bo
etius reprobat ſecũdum
genus ſeruoꝝ vitãdoꝝ
dicẽs ſic. Seruus bilin/
guis ꝓcul expellaṫ ꝛ ſi ꝯſanguinitatis linea fuerit cõiũctus. Tunc ibi.
Seruoꝝ ſiquidem .. Tangendo terciuꝫ genus ſeruoꝝ fugiendoꝝ quo in/
nuiṫ cauſa vitationis tercij generis p̃miſſi ſeruorum fugiendoꝝ. Dicit

Secundus

cõuenit. Quo audito ſtatim in ꝯtume/
lioſa verba prorupit. dñicꝫ ĩ viſcerib⁹
mucronẽ ſepeliuit. et quod prius omi
ſerat ſecũ aſportauit, dñicũqꝫ corpus
canibus ad deuorandũ reliq̇t. Ecce qꝫ
deteſtabile proditoris impietas ſcel⁹
perpetrauit. Seruus bilinguis ꝓcul
expellatur. ⁊ ipſius ĩminente nequitia
ſtatiꝫ deponatur. lꝫ conſanguinitatis
ꝓximitate ꝯiũctus exiſtat: Seruorꝫ
ſiq̇dẽ crudelitate multos ſocioꝝ vidi/
mus incurrere iacturã. Creditorib⁹ ãt
ſũma adhibeat dicti ꝯmẽtatio: dieqꝫ
prefixio debiti ſemper pro poſſe ſolu/
tio. Scholari vero cui pleno cornu co
pia nõ arriſit. O qꝫ dulcis eſt credito/
ris tranſactio: affiniũqꝫ ſuffragij exhi
tio. Prudẽtis vero ſcholaris cõſtãtia

ſic. Multos incidere vi
dimus ꝑicula ꝑ ſeruorũ
crudelitatẽ ſtũc ibi. Cre
ditoribus autem ⁊c.)
¶ Hic oñdit vtilitatẽ ac/
q̇rendi creditores. Et ꝑ/
mo fac̃ h̃. ſcd̃o oñdit mo
dum acq̇rendi ſocios. ibi
Prudentis ṽo ſcholaris
Dicẽs ꝑmo ſic. Sũma
dicti cõmendatio eſt cre/
ditoribus exhibenda. Et
tꝑe ꝑfixo mutuatũ reſti
tuendum pro poſſe
Declarat h̃ dicẽs. Mul
tum dulcis eſt trãſactio
creditoris. Et vicinorꝫ
ſuffragialis. et exhibitõ
ſcholari non multũ ĩ ne/
ceſſarijs abundãti. No
tandum hic ꝙ ſcholares
ſuo poſſe creditoribus ſe
exhibebũt veraces ꝑ eos
enim actio diſcentis cre/
bro adiuuat̃. Niſi enĩ ſcholaribus longinquis ſtudentibus in ꝑtibus per
